

PROFESSIO FIDEI TRIDENTINA

A "Professio fidei Tridentina", também conhecido por "Credo de São Pio IV", é um dos quatro Credos autoritativos da Igreja Católica. Foi lançado aos 13 de Novembro de 1565 pelo Papa Pio IV na sua Bula "Iniunctum nobis" sob os auspícios do Concílio de Trento (1545-1563). Ele foi subsequencialmente ligeiramente modificado depois do Concílio Vaticano I (1869-1870) para o por de acordo com as definições dogmáticas do Concílio. A principal intenção do Credo foi definir claramente a Fé Católica contra a protestante. Em tempos foi usado por Teólogos como um juramento de fidelidade à Igreja e para reconciliar conversos à Igreja, mas raramente é usado nestes dias.

PROFESSIO FIDEI TRIDENTINA

Latim	Português
Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in Symbolo, quo Sancta Romana ecclesia utitur, videlicet:	Eu, N., com uma Fé firme acredito e professo todas e cada uma das coisas que estão contidas no Credo que a Santa Igreja Romana faz uso. A saber:
Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est, et resurrexit tertia die, secundum Scripturas, et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi saeculi. Amen.	Creio em um só Deus, Pai todo-poderoso, Criador do Céu e da Terra, De todas as coisas visíveis e invisíveis. Creio em um só Senhor, Jesus Cristo, Filho Unigênito de Deus, nascido do Pai antes de todos os séculos: Deus de Deus, luz da luz, Deus verdadeiro de Deus verdadeiro; gerado, não criado, consubstancial ao Pai. Por Ele todas as coisas foram feitas. E por nós, homens, e para nossa salvação desceu dos Céus. E encarnou pelo Espírito Sancto, no seio da Virgem Maria e se fez homem. Também por nós foi crucificado sob Poncio Pilatos; padeceu e foi sepultado. Ressuscitou ao terceiro dia, conforme as Escrituras; e subiu aos Céus, onde está sentado à direita do Pai. De novo há de vir em sua gloria para julgar os vivos e os mortos; e o seu Reino não terá fim. Creio no Espírito Sancto, Senhor que dá a vida, e procede do Pai e do Filho; e com o Pai e o Filho é adorado e glorificado: Ele que falou pelos Profetas. Creio na Igreja una, santa, católica e apostólica. Professo um só batismo para a remissão dos pecados. E espero a ressurreição dos mortos e vida do mundo

	que há de vir. Amen.
Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones reliquasque eiusdem ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector.	As tradições Apostólicas e Eclesiásticas e todas as outras observâncias e constituições da mesma Igreja, eu firmemente admito e aceito.
Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam umquam nisi iuxta unanimum consensum Patrum, accipiam et interpretabor.	Também aceito a Sagrada Escritura, de acordo com esse senso que a Santa Mãe Igreja tem sustentado, e sustenta, e a quem Ella pertence julgar o verdadeiro sentido e interpretação das Escrituras. Nem nunca vou aceitar e interpretá-las senão de acordo com o consentimento unanime dos Padres.
Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae legis a Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Paenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium; illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnem administrationem recipio et admitto.	Eu também professo que existe verdadeira e devidamente Sete Sacramentos da Nova Lei, instituídos por Jesus Cristo, nosso Senhor, e necessários para a salvação do gênero humano, embora nem todos são necessários para todos, a saber: Batismo, Confirmação, Eucaristia, Penitencia, Extrema Unção, Santos Ordens, e Matrimônio; e que conferem graça, e que destes, Batismo, Confirmação, e Santos Ordens não pode ser repetido sem sacrilégio. Eu também recebo e admito as cerimônias aceitas e aprovadas da Igreja Católica na administração solene dos referidos sacramentos.
Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio.	Eu aceito e adoto cada coisa e tudo o que foi definido e declarado no sagrado Concílio de Trento sobre o pecado original e a justificação.
Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis. Atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere, realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem, una cum anima et divinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conversionem totius substantiae panis in Corpus ac totius substantiae vini in Sanguinem, quam conversionem Ecclesia catholica transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verumque Sacramentum sumi.	Professo, igualmente, que na Missa é oferecido a Deus um verdadeiro, próprio e propiciatório sacrifício para os vivos e os mortos e que no mais Sagrado Sacramento da Eucaristia existe verdadeira, real e substancialmente o Corpo e Sangue e, em conjunto com a Alma e Divindade de nosso Senhor Jesus Cristo; e que ocorre uma conversão de toda a substancia do pão em Corpo e de toda a substancia do vinho no Sangue, cuja conversão a Igreja Católica denomina de Transubstanciação. Eu também confesso que, sob qualquer uma das espécies, Cristo é recebido todo e inteiro e um verdadeiro sacramento.
Constanter teneo, Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragiis	Estou firmemente seguro que existe um Purgatório, e que as almas aí detidas são

<p>iuvari. Similiter et Sanctos, una cum Christo regnantes, venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem et venerationem impertiendam.</p>	<p>ajudadas pelos sufrágios dos fieis. Do mesmo modo, que os santos, reinantes juntamente com Cristo, deverão ser honrados e invocados, e que eles oferecem orações a Deus para nós, e que as suas relíquias deverão a ser veneradas. Firmemente afirmo que as imagens de Cristo, da Mãe de Deus, sempre Virgem, e também de outros Santos, devem ser mantidas e conservadas, e que a devida honra e veneração, deve ser-lhes dada.</p>
<p>Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo.</p>	<p>Também afirmo que o poder de indulgencias foi deixado por Cristo na Igreja, e que o uso delas é mais salutar para povo cristão.</p>
<p>Sanctam, catholicam et apostolicam Romanam Ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistram agnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram oboedientiam spondeo ac iuro.</p>	<p>Reconheço a Santa Igreja Católica Apostólica Romana como a mãe de todas as igrejas e mestra; e eu prometo verdadeira obediência ao Bispo de Roma, sucessor de São Pedro, o Príncipe dos Apóstolos, e Vigário de Jesus Cristo.</p>
<p>Cetera item omnia a sacris canonibus et oecumenicis Conciliis, ac praecipue a sacrosancta Tridentina Synodo, et ab oecumenico Concilio Vaticano tradita, definita et declarata, praesertim de Romani Pontificis Primatu et infallibili Magisterio, indubitanter recipio ac profiteor; simulque contraria omnia, atque haereses quascumque ab Ecclesia damnatas et reiectas et anathematizatas ego pariter damno, reicio, et anathematizo.</p>	<p>Eu também, indubitavelmente, recebo e professo todas as outras coisas entregues, definida e declarada pelos sagrados Cânones, e Concílios gerais, e particularmente pelo Sancto Concilio de Trento, e pelo Concilio ecumênico do Vaticano, designadamente sobre o primado do Pontífice Romano e o seu magistério infalível. Eu condeno, rejeito, e anatematizo todas as coisas contrarias a ele, e todas as heresias que a Igreja tem condenado, rejeitado, e anatematizado.</p>
<p>Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram, et immaculatam usque ad extremum vitae spiritum, constantissime, Deo adiuvante, retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. spondeo, voveo ac iuro. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei Evangelia.</p>	<p>Esta verdadeira Fé Católica, fora da qual ninguém pode ser salvo, que eu agora professo livremente e aos quais eu verdadeiramente adiro, professo e juro manter inviolada e com firme constância, com a ajuda de Deus até ao ultimo sopro de vida . E vou esforçar-me, na medida do possível, que esta mesma Fé deve ser conservada, ensinada, e professada por todos aqueles a quem eu tenho mais obrigação. Eu, N., comprometo-me, prometo, e juro. Assim Deus e esses Santos Evangelhos de Deus me ajudem.</p>